ORIGENES
12. Jh. Seite 52r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iacob & funiculus hereditatis eius isrl ipse intelligendus
sit sponsus. sodales vero eius angli illi. ad quorum nume
rum cum diuideret excelsus gentes. et dispergeret filios
adam. statuit terminos gentium. secundum numerum ut ait.
angelorum dei. Et isti sunt fortassis greges sodalium spon
si. gentes scilicet cuncte que uelut pecora sub anglis
pastoribus constitute sunt. grex vero sponsi ille dicatur de quibus ip
se in euangeliis dicit. oues mee uocem meam audiunt.
Vide enim & obseruantur intende. quomodo dicit. oues mee
quasi sint & alie oues que non sunt eius. sic ipse dicit aliis.
uos non estis de ouibus meis. Que singula utique hinc
occulto mysterio conuenienter uidebimus aptari. Quod si
hec se ita habent. competenter unumquemque sodalium gre
gem sponsam eius intellegi uoluit. quam adoptam nomi
nauit. Sed quoniam certa erat quod super omnes illas ipsa esset.
non uult similis uideri alicui illarum. ut pote que
sciret se tantum debere precellere illas sodalium spon
sas. vel ut ipsa nominat adoptas. quantum eminentie
sponsus suus habeat ad sodales. Sed & per hoc uidebitur
per certandi causas habuisse. quomodo quidem boni pastoris
scit esse studium. ut optima ouibus pascua requirat.
& uiridantia atque opaca queque nemora ad requiem
meridiani estus inueniat. quod sodales sponsi face
re nesciant. nec in eligendis pascuis aut scientie